

tatione consideres. Erant enim cum Absalome plurimi, sed sine duce, quibus ipsa multitudo erat impedimento. Neque David satis illis spatii dedit, ut ex disciplinâ militari, si qua in illo exercitu militaris esset disciplina, aciem disponent. Quare cum Davidis esset acies ordinata, facile à paucis turbari multi potuere, et congressu primo super faciem universæ terræ pavidi, et sine ullo aut suo, aut imperatoris consilio latè dispergi.

ET MULTO PLURES ERANT, QUOS SALTU CONSUMPERAT DE POPULO, QUAM HI, QUOS VORAVERAT GLADIUS. Illi dicuntur à saltu consumpti, qui extra certaminis locum, palantes et fusi in fugâ ceciderunt, sive fessi immodico labore, sive fame et siti, sive, quod potius reor, insequentium confecti ferro. Est autem in omni idiomate usitatum, et frequens, ut ab aliquo loco id factum dicatur, quod in loco ab aliis perfectum est. Sic dicimus, plorare, aut esurire civitatem, quando illi, qui in civitate sunt, esuriunt, et plorant. Sic Numer. cap. 15, v. 33, terra promissionis dicitur habitatores suos devorare, quia ibi se habitatores intestinis bellis assidue conficiunt; aut quia locus insalubris, in illâ diu vitam producere non sinit. Quæ omnia viri timidi fingebant, ut alios ab illius regionis studio deterrerent. Quare juxta exploratorum mentem non devorabat terra suos indigenas, sed vel mutuus gladius, vel insalubris aer, vel illius loci pestilens natura. Quidam dicunt in eo saltu plurimos esse consumptos, quia ibi plurima erant ferarum latibula, ex quibus egressæ homines de viâ lassos, et exanimes, quique illarum sævitiam declinare non poterant, devorabant. Ita Hebræi, ut tradit Hieronymus in Tradit. Hebr. et historia Scholastica. Sed illud, ut dixi, certum est, extra palæstram in fugâ plurimos hostili ferro corruisse.

VERS. 9. — ACCIDIT AUTEM, UT OCCURRERET ABSALOM SERVIS DAVID SEDENS MULO (1). Vide-

(1) ET ILLO SUSPENSO INTER COELUM ET TERRAM, MULUS, CUI INSEDERAT PERTRANSIVIT. Septuag.: *Et suspensus est in arbore inter caelum et terram*, etc. Sic et Chald. Audi Chrysost. Hom. in Psal. 7: *Absalom Davidem aggressus est, occisus à Joab, et in alto ligno suspensus est, qui adversus patrem erigebatur, et ab arbore detinebatur, qui cum radice pugnabat; et vinculus erat à ramo ramus, qui erat à paternâ affectione abruptus; et capite tenebatur, qui genitoris caput auferre contendebat, et tanquam fructus pendebat ab arbore, qui naturæ agricolam volebat excindere, et in corde jaculo confossus est, illic occisus, ubi cædem parabat. Et tunc videri poterat spec-*

tur Absalom spectasse potius pugnantem ex secreto aliquo, et securo loco, quam in acie cum suis adversus hostilem manum dimicasse: si enim in acie versaretur, non diceret Scriptura casu occurrisse servis David; neque enim casu occurrit hostibus, qui illorum telis adversum objicit pectus. Aut certe casu occurrit, quia illa turbatis jam ordinibus, et fuis sociis, fugam intendit, ubi non putabat futuros hostes, qui ipsum occiderent, aut à fugâ retractum vinculum deducerent ad parentem. At contra accidit; incurrit enim in servos David insidens mulo, quos cum vellet veloci fugâ declinare, in condensam ingressus sylvam impietatis suæ poenas dedit, ut mox dicemus. Quærit Abulensis cap. 15, q. 18, quomodo filii Israel habere potuerint mixtum genus, prolemque biformem, cum id Deus Levit. cap. 19, v. 19, severè prohibuerit: *Jumenta non facies coire cum alterius generis animantibus*. At ex simili coitu muli nascuntur. Respondet Abulensis ibi prohiberi quidem Hebræis diversorum generum admixturam, non tamen illis uti animalibus, quæ ex ejus modi conjunctione nascuntur. Sic cap. 13, filii regis ex Absalomis convivio concensius mulabus fugisse dicuntur; et lib. 3 Reg. cap. 4, Salomon vectus esse traditur parentis mulâ, quo tempore rex à patre renuntiatus, et eo nomine à populo salutatus est. Sed est fortassè verius, illud mulorum genus, quod fuit Israelitis familiare, non esse mixtum, atque biforme, id est, ex equo, atque asinæ commixtione conceptum, sed esse genus quoddam unum, et simplex, quod quia alteri biformini quàm simillimum est, in illo commune nomen habet. Quod mihi verisimile facit Aristotelis in eo genere non vulgaris auctoritas, qui lib. 1 Histor. anim. c. 6, ait in Syriâ (ad quam pertinet Palæstina, et tota terra promissionis) esse mulas, quæ cum idem nomen

et taculum admirabile. Mulo enim equitans ex pilorum comâ, à comâ arboris tenebatur, et coma tenebat comam, tyrannum illic eum contundens, ubi diadema paternum gestare contendebat. Causam deinde cur suspensus sit Absalom, subjicit: *Poterat ergo videri Absalom suspensus in medio coeli et terræ. Coelum eum non admittebat. Si enim primum insurrectorem ejecit diabolus, quomodo ipsum insurrectorem secundum admisisset? Terra eum aversabatur, non ferens pollui passibus parricidæ. Si enim Dathan devoravit, qui contra Moysen erat locutus, et os suum aperuit adversus eum qui os improbe aperuerat, quomodo potuisset ferre pedes currentes adversus genitorem?* (Corn. à Lap.)

habeant cum illis, quæ ex equo, ac asinâ confuso semine generantur, non tamen ejusdem sunt generis. Nam muli in eo genere, et mulæ coeunt, et generant similem sibi prolem. Et idem repetit lib. 7, c. 24.

ADHÆSIT CAPUT EJUS QUERCUI. Non ausi fuere Davidis servi Absalomem persequi, quia regis audierant verba, quibus edixerat ducibus, ut manus à filio cruentas abstererent. Sed comprehendit quercus, divini furoris ministra, illum, cui homines pepercerant. Quâ de re audi Chrysostomum tom. 1, homil. de Absalome persequente patrem: *Respice, inquit, jam scelestissime hostis ac nefande, jam respice, parricida, respice, inquam, usquequaque in te cuncta converti. Respice contra te ab ipsâ naturâ repugnari, et quamvis contra te dimicet coelum, moveatur terra, exercitus pugnet, tamen aliud te ignotum et inopinatum sustinet bellum, aliud ubi jam praelium est, quod fugientem excipiat, properantem interimat, festinantem occidat. Adest, inquam, arbor in campo ramorum telis ornata, quæ te excipiat fugientem, properantem rapiat, patris injuriam in parricidam defendat. Adest, inquam, arbor, quæ nec patrem, ut tibi parcatur, audivit, et jussa Dei instanter implere contendit.*

Mirum hoc est, et singulare, aliquem ex capillitis potuisse suspendi, sicque implexam arboris ramis esse cæsariam, ut non extricari potuerit penduli corporis non exiguo pondere. Legimus in profanâ historiâ Theutonicas feminas ex suis crinibus texuisse restes, quibus elisis faucibus vitam amisere. Quod sanè mirandum non est, cum in restes contorti, ac complicati crines majora etiam pondera suspendere, ac sustinere possint. Legimus in analibus sacris feminas à tyrannis suis capillis è sublimi loco fuisse suspensas. At singulares crines, nec illos, ut apparet, multos sustinere pondus armati viri, neque illos ab incitato quadrupedis impetu fuisse discissos, illud est mirabile. Et multò magis capillos sic momento temporis fuisse implicatos, ut inter coelum, et terram pendentes relinquerent. Deinde sic esse conglobatos, aut quasi in funem, cirrosque collectos, cum à vento potius dissipati essent, atque diffusi, ut ramis implexi pondus sustinerent. Neque capillorum plexus in fascies coacti implicari solent, sed illi fortassè, qui diffusi sunt, et singulares. Adde, quod capilli paulò longiores cum in equestri, aut pedestri cursu diffunduntur, non eriguntur sursùm, ut sese

ramis intricent, uti experientia docet, sed rejiciuntur ad tergum. Quare hic aliquid sine dubio fuit ab ultrici Domini providentiâ, quod non facile sperari poterat à rerum naturâ, aut hominum consuetudine.

Hic tu paulisper immorare, et attentè considera, quemadmodum illa, quæ hominum vulgus existimat maxima aut ornamenta fortunæ, aut naturæ beneficia, esse hominibus insidiosum malum, et ab illis extremam provenire perniciem. Exempla sunt plurima: ex hoc libro habemus tria satis illustria, et valdè ad hanc cogitationem accommodata. Cap. 2, v. 18, pedum velocitas, quâ plurimum excelebat, et gloriabatur Asael, illi fraudi fuit: neque enim tam pertinaci studio insequeretur Abner, qui fugiebat eques, nisi pedestri cursu illum se assecuturum esse confideret. Porro Asael cursor velocissimus fuit, quasi unus de capris, quæ morantur in sylvis. Magni vir consilii censebatur Achitophel; sed singularis illum prudentia, et ingenii sagacitas ad suspendium adegit. Erat Absalomi aurea verè cæsaries, quæ magno ab aliis comparabatur pretio, quam ille sic amabat, ut nunquam deponeret, nisi cum illius pondere gravaretur caput; sed ab illâ tandem suspensus inimicorum ludibriis ac vulneribus patuit.

Illud item hic pro re morali observatione dignum, quæ in otio et pace homini in amore fuerunt et deliciis, illa in summo etiam discrimine non omitti. Quod plus quàm vellemus, quotidianâ docemur experientiâ. Cupiebat Absalom haberi atque videri pulcher, atque ideò comam alebat solaribus radiis non dissimilem. Hanc ostentabat in juvenum, puellarumque conventibus, et dum ad se aliorum oculos et animos non semper pudentissimos raperet, de aliis aut nihili, aut modicè curabat. Hoc idem studium illius fuit, cum illud omisum maxime oportuit. Magis sanè ad durum illud certamen opportuna esset galea, quæ petitiones exciperet hostiles, quàm proluxa cæsaries, quam diffunderet ventus, et quæ commilitonum oculos oblectaret; sed galea in illo rerum articulo comam premere noluit, quam solutam, et liberam, et à sole radiantem in deliciis attulerat. Sic certè in extremo vitæ certamine agentes jam animam, rebus student inanibus, qui inanium rerum studiis, cum integris essent viribus et corpore sano, capiuntur. Est planè verum, quod in materiâ non dissimili, falsò tamen, commentus est Virgilius lib. 6 Æneid., dum sepultis hominibus illa

adhuc placere dicit, quæ in vitâ placuerunt :
Arma procul, curruque virum mirantur inanes.
Stant terrâ defixæ hastæ, passimque soluti
Per campos pascuntur equi. Quæ gratia currum
Armorumque fuit vivis, quæ cura nitentes
Pascere equos, eadem sequitur tellure repostos.

VERS. 10. — VIDIT AUTEM HOC QUISPIAM, ET
NUNTIAVIT JOAB. Hinc constat aliquandiu Ab-
salomem è queren pependisse, quando de illo
miles retulit ad Joab, qui non videbatur esse
prope; deinde nonnihil in colloquio non brevi
positum est moræ; toto illo tempore ad ne-
cem usque inter quercum et terram medius
pendit. Increpuit autem militem Joab, quod
non illum statim gladio confecisset. Ex quâ
vel inertia, vel misericordia id consecutus est,
ut balteum unum, et decem siclos amiserit ar-
genteos, quibus ipse illius fortunam illicò mu-
nerasset. At miles, qui regis voluntatem no-
verat, et illam satis commendatam ducibus
audierat, vile existimavit omne præmium præ
regis mandato et præ illo dolore, quem ex filii
interitu erat accepturus. Neque enim regem
lateret, à quo esset occisus; et, si alii testes
aut accusatores abessent, Joab ipse, quem
nunc habebat hortatorem, postea haberet accu-
satores, cum omnem culpam à se in interfec-
torem filii derivaret. Quam porrò balteus ha-
beretur in pretio, et quomodo in eo excolendo
magni fierent sumptus, docuimus lib. 1, cap.
18, v. 4, ubi Jonathas dicitur balteum suum
Davidi fuisse largitus. (1)

(1) VERS. 11. — DEDISSEM TIBI DECEM ARGENTI
SICLOS, ET UNUM BALTEUM. Decem argenti sicli
pecuniæ nostratis libras sexdecim circiter con-
ficiunt. Balteus totius armaturæ pars erat po-
tissima atque ditissima. Balteum suum Jona-
thas dono Davidi dedit, amicitia suæ cum illo
pignus. Ajax suo donavit Hectorem. Job 12,
18: *Balteum regum dissolvit Deus, et præcingit
fune renes eorum.* Ignominia nota erat, et mili-
tare supplicium, exui balteo. Parthorum baltei
opibus et magnificentia distinguebantur:
Parthica quæ tantis variantur cingula gemmis.
Veteres etiam Romani utebantur balteo diti-
simo, bullis laminisque argenteis nitenti:
Balteus, et notis fulserunt cingula bullis.
(Calmet.)

VERS. 15. — SI FECISSEM CONTRA ANIMAM MEAM
AUDACTER. Hebræus: *Fecissem in animam meam
mendacium.* Vitam illi ademissem reclamante
conscientiâ, et contra exploratam regis volun-
tatem, qui apertissimis verbis vetuit. Vel juxta
aliam lectionem, quam Septuaginta et Vulgata
secuti sunt: *Fecissem in animam meam menda-
cium?* Num scelus tam grande committerem,
ut vitæ discrimini me exponerem, siquidem ad
regis aures id pervenisset? Septuaginta: *Quo-
modo fecissem in animam meam injustitiam?*
TU STARES EX ADVERSO. Vel interrogantis sen-
tentia: *Tu stares pro me ex adverso eius?* Reddi

VERS. 14. — (1) TULIT ERGO TRES LANCEAS IN
MANU SUA, ET INFIXIT EAS IN CORDE ABSALOM. Hoc
loco *cor* non est quod propriè sonat, sed, quod
alibi millies, idem est quod *medium*. Exemplo-

posset Hebræus: *Tu stares longè à me; me so-
lum relinqueres in discrimine.* (Calmet.)

(1) NON SICUT TU VIS, SED AGGREDIAR EUM CO-
RAM TE. Hebræus: *Non expectabo coram te;*
non eadem ac tu indulgentiâ utar, interficiam
illum *coram te*. Septuaginta: *Ideo ego aggre-
diar coram te.* Chaldæus: *An credis me remansu-
rum coram te?*

ET INFIXIT EAS IN CORDE ABSALOM, ut cor
proditorium triplici telo confoderet. Causam
hanc dat S. Chrysost. Hom. in Psalm., dicens:
« In cor excordis tres sagittas infixit, illic eum
« feriens ubi erat receptaculum iniquitatis, et
« cum in arbore sublimi penderet, pulehrum
« epitaphium ei David cecinit: *Vidi impium
« superexaltatum et elevatum tanquam cedros
« Libani; et transivi, et ecce non erat.* » Idem
Chrysost. in psalm. 7: « Et ut scias quod fa-
« ctum est non fuisse humanæ industriæ, sed
« totum fuisse divini judicii, capilli et lignum
« illum alligarunt, et brutum animal tradidit,
« et pro funere quidem coma, pro ligno autem
« arbor extitit; pro milite autem eum addu-
« duxit mulus. Considera autem (id quod est
« admirabile); cum hæc passus est, nemo suo-
« rum ad eum accedere ausus est, cum tan-
« tum fuisset spatium. Hoc autem Deus pro-
« viderat, ut neque detraheretur, nec vincus
« ad patrem afferretur, quoniam paterna vis-
« cera ei parci velle, ultra modum indicave-
« rant; et quod est admirabilis, qui patrem
« ei reconciliavit, is ipsum interfecit, prope-
« modum instans vehemens accusator. Sed is
« quidem eum occidit, Deus autem tulit sen-
« tentiam. » Probat id ex Psalm. Davidis:
« Quod enim à superis lata sit sententia, audi
« quomodo id ipse ostenderit. Cum enim di-
« xisset: *Et in verticem ipsius iniquitas ejus de-
« scendet,* dicit: *Confitebor Domino secundum
« justitiam ejus, et psallam nomini Domini altis-
« simi.* Gratiâ agam, inquit, non aliorum gau-
« dens cædibus, sed Dei sententiam susci-
« piens. »

Mysticè Glossa: *Arbor Absalomi*, ait, *signifi-
cat patibulum gehennæ:* « Tres lanceæ triplicem
« damnatorum poenam, scilicet, ignis, vermis
« et carentia visionis beatificæ. »

(Corn. à Lap.)

CUMQUE ADHUC PALPITARET. Coniungi potest
Hebræus cum præcedentibus: *Infixit tria spi-
cula, cum adhuc viveret; cum adhuc non inter-
iisset à tempore, quo hæsit suspensus*
(Calmet.)

*Joab dit au soldat: Je n'en rapporterai pas à
vous, mais je l'attaquerai moi-même devant vous.
Il prit donc trois dards dans sa main, dont il
perça le cœur d'Absalom.* Lorsque David en-
voyait ses gens au combat, il avait donné,
comme nous avons vu auparavant, un ordre
très exprès à ses principaux officiers de sau-
ver la vie à Absalom. Les desseins cruels et
les incestes exécrables de ce jeune prince
n'avaient pu vaincre la bonté d'un père si
doux et si digne d'avoir un fils qui fût au
moins un homme, et non pas une vipère,

rum abundè est, sed satis erit nobis locus iste,
quem nunc versamus. Ubi enim Vulgatus ha-
bet statim, *hærens in quercu*, Hebr. est *be leb
haelah*, id est, *in corde quercus*, quod nihil est
aliud, quàm in medio quercus, aut in quercu.
Quare hic nil significatur aliud quàm, in me-
dio Absalomis, id est, in thorace, aut pectore

prête à déchirer les entrailles qui lui avaient
donné la vie. Mais le crime de ce parricide
était trop odieux et attaquait trop sensible-
ment la majesté de Dieu, dont les pères sont
les images vivantes, pour demeurer impuni,
par la raison même qui le rendait plus punis-
sable. Car David voulait absolument que l'on
sauvât ce prince, quelque coupable qu'il pût
être, parce qu'il était son fils, et c'était pour
cela même qu'il devait périr, de ce qu'il hais-
sait si cruellement un père qui ne pouvait
cesser de l'aimer après tant de preuves de sa
haine et de sa fureur.

Comme donc David était prévenu d'une
affection trop excessive pour pouvoir juger
équitablement d'une personne qui lui était si
chère, Dieu s'en rend lui-même le juge, et il
veut faire un exemple du châtement d'un fils
dont l'inhumanité déshonore la nature, et crie
vengeance au ciel et à la terre.

Sa providence, qui use souvent avec une
sagesse pleine d'équité de ceux mêmes qui
n'ont pour conduite que le dérèglement
de leurs passions, se sert de Joab pour être en
ce point l'instrument de sa justice. Cet homme
audacieux, à qui la victoire qu'il venait de ga-
gner élevait encore le cœur, comme ayant as-
suré par elle la couronne à David, se moque
d'un soldat qui, ayant trouvé Absalom pendu à
un chêne, n'avait osé lui toucher, pour obéir
au commandement exprès que le roi avait
donné de sauver son fils. Il l'attaque, au con-
traire, malgré tous les ordres de David, et il
lui perce le cœur de trois dards. Il semble que
Joab en cette rencontre oublie qu'il est sujet,
et qu'il fait le souverain. Car assurément ce
n'était pas à un particulier à fouler ainsi aux
pieds, et même avec quelque sorte d'insulte,
un ordre que le roi avait donné de sa propre
bouche, pour sauver un fils dont la vie lui
était si chère. Mais Dieu permet que Joab en
cette occasion, ne se souvienne plus qu'Absalom
est né du sang de David, parce que ce fils
impitoyable avait voulu répandre ce même
sang. Joab avait devant les yeux les grands
troubles que ce prince venait de susciter; il
prévoyait ceux qui en pouvaient naître à l'ave-
nir. Ainsi il le considère, non comme un prince
de la maison de David, mais comme l'ennemi
de l'état, puisqu'il avait abusé des qualités avan-
tageuses que la nature lui avait données, pour
prendre celle d'un usurpateur et d'un tyran.

Ce sont là les considérations qui peuvent
justifier la conduite de Dieu dans la mort de
ce prince, mais non pas celle de Joab. Car
c'est à Dieu proprement à régner sur les rois,
et à faire voir qu'il est le juge de ceux qui
n'en ont point. Mais c'était à Joab à se souve-
nir qu'il n'était qu'un particulier, et qu'il
n'appartenait qu'au roi seul d'être l'arbitre
ou de la vie ou de la mort de son fils. (Sacy.)

tres hastas hæsisse. Neque enim tres hastæ in
unò hominis corde infigi poterant; et sanè, si
cor esset vel ab unâ tantùm lancea percussum,
non potuisset postea retinere vitam, quæ nun-
quàm durat sauciato corde; at post très lan-
ceas vixit, et cum adhuc palpicaret, à decem
armigeris Joab interfectus est.

Hic ego duo apud auctores invenio, quæ non
facile cum ipso textu Scripturæ concilio. Al-
terum est, quod historia refert, et probat
Scholastica, Absalomem non tribus lanceis,
sed tribus sagittis esse confixum; quod minùs
convenit cum militiæ principe, cui alia arma
magis sunt accommodata, quàm arcus. Neque
vox Hebraica *sebet* unquam sagittam valet, sed
id, quod vibratur aut tenetur manu. Magis
miror, quod ait Chrysostomus Homiliâ citatâ
de Absalome persequente patrem, ubi docet
non esse confixum à Joab, sed in arbore fuisse
suffocatum: « Paratam, inquit, properè festi-
« nat ad arborem, cui est traditus, et ictu
« violento immissus, animal subducto, et sub-
« ter in campos elapso, inseritur ramis, obli-
« gatur lignis, transfixus gutture colligatur.
« Pendens jam mortuus ab hominibus invenitur,
« quem jam nec cælum potuit conspiciere
« vivum, nec terra ulterius sustinere. » Ubi
etiam negare videtur crinibus ex arbore fuisse
suspensum, sed transfixo gutture ab aliquo
arboris acuto ramo interiisse. Ego quid hic di-
cam honestè non invenio; nam lapsus existi-
mari Chrysostomum durum est; Chrysostomi
sensus ex Scripturæ textu informari, nullâ, ut
arbitror, ratione potest. Quid ergo? Duo hic
video contra quàm alii communiter sentiunt,
nempe Absalomem non fuisse suspensum ex
capillorum plexu; et eundem à Joab, et ab
aliis inventum jam esse mortuum. Illud priùs
etiam dictum est à Theodoro c. 25: « De
« illo, inquit, scelerato Deus sumpsit poenas.
« Effecit etenim ut in querceto equitans veni-
« ret sub arborem, quæ ramos habebat incli-
« natos; ut qui obliquè germinarant, non
« multum inter se distantes. Illic cum veni-
« set mulus, inter ramos quidem infixum est
« caput ejus, pependit autem totus. » Et sanè
ex textu tam Hebraico, quàm Latino vulgato ni-
hil convinci potest in oppositum. Tantum enim
ex utroque habemus adhæsisse caput quercui,
et illum fuisse suspensum inter cælum et ter-
ram. Utrumque verò contingere potuit, sive
implexis crinibus arborum ramis, sive inserto
collo inter ramos, ut vult Theodoretus; aut trans-
fixo gutture, ut dicit Chrysostomus; ad quam-

libet enim harum cogitationum patet textus.

Illud difficilius, quod Chrysostomus dicit, inventum esse mortuum Absalomem. Quod omninò pugnat cum textu tam vulgato, quàm Hebraico. Quid ego hic afferam pro Chrysostomo, nihil habeo. Fortassè locus corruptus est, et aliter scriptus à Chrysostomo, aliter per tot manus ad nostra secula deductus, ut sæpè observarunt, qui antiquam consuluerunt librorum fidem, et recentissimos quosque codices cum antiquissimis quibusque componunt. Aut certè accidit Chrysostomo, quod multis aliis viris æquè sanctis, ac doctis, qui, ut erant in Scripturâ versatissimi, memoriter potiùs retulerunt aliqua, quàm exemplari consulto; qui tamen ubi in illa loca jamjam interpretes inciderunt, expenderuntque attentius, aliter existimârunt. Unus nobis Hieronymus, et qualis vir! aliquot suppeditat exempla. Nam super Matth. cap. 11, ad illud: *Venite ad me omnes*, et in illud Ezech. 22: *Et factum est verbum Domini*, dicit iniquitatem, de quâ Zacharias cap. 5, sedisse supra talentum plumbi. At in illius loci commentariis affirmat, ut necesse est, sedisse mulierem in amphorâ, et deinde advenisse plumbeum talentum. Et idem in Epistolâ ad Paulinum, septem lucernas vidit in candelabro Zachariæ; ubi propius candelabrum consideravit, et attentius, octo deprehendit. Sic puto accidisse Chrysostomo: nam quid ipse de Absalomis exitio senserit, satis explicuit in Commentariis Psal. 7, qui nunc primùm prodierunt, cum ad hoc usque tempus latuissent. Ubi apertè docet ex crinibus fuisse suspensum Absalomem, et à Joab occisum. Sic ibi Chrysostomus ad illud: *Convertetur dolor ejus in caput ejus*. Absalom cum sub arborem venisset, et comâ esset suspensus, illic longo tempore pependit. Et paulò post: *Capilli, et lignum eum alligârunt, et pro fune quidem coma, pro ligno autem arbor extitit.* Et statim: *Et quod est admirabilius, qui patrem ei conciliavit (nempe Joab) is ipsum interfecit.* Quare vehementer suspicor illam homiliam de Absalome patrem persequente, quasi adulterinum partum pro genuino suppositam esse Chrysostomo. Sanè ex hac editione postremâ expuncta est. Sed dici etiam potest inventum esse Absalomem mortuum, non à Joab, et illius armigeris, qui illum occiderunt; sed ab aliis, qui eò convenerunt postea ut horribile illud spectaculum viderent: neque enim verisimile est venisse paucos, qui illum tribus

lanceis transfixum aspexerunt. Et hoc fortassè Chrysostomus voluit; neque enim fas est tanto doctore errore illum infantilem impingere. Sed sanè etiamsi maximè cupiam tantum Patrem hoc loco excusare, non possum ab aliquâ saltem incogitantia. Nam statim addit: *O nefandum meritum parricide! Injuriam patris non pugnantis gladius, non hostilis manus, non jaculantis ictus defendit* (id est, ulciscitur), *sed vindicant ligna, arbor ulciscitur, rami defendunt.* (1)

VERS. 16. — CECINIT AUTEM JOAB BUCCINA, ET RETINUIT POPULUM, NE PERSEQUERETUR FUGIENTEM ISRAEL. Cùm Absalome sublato, cessâsse viderentur inimicorum consilia, et extincta conjurationis semina, visum est Joab non futurum ex usu tam regni, quàm regis, si ferrum fratres in cognata viscera distringerent. Quare cùm conservare mallet, quàm perdere viros Israelitas, receptui cecinit, et ab insequentibus hostibus revocavit.

VERS. 17. — ET TULERUNT ABSALOM, ET PROJECERUNT EUM IN SALTU IN FOVEAM GRANDEM, ET COMPORTAVERUNT SUPER EUM ACERYUM LAPIDUM (2).

(1) VERS. 15. — DECEM JUVENES ARMIGERI JOAB. Cur tanto armigerorum numero stiparetur Joab, planè non intelligo. Abimelech, Jonathas, Saül et Goliath, unico usi sunt. Armigerorum autem Joabi nomina in Scripturâ recitantur; at de numero decem armigerorum, aliud nullum ejus exemplum Scriptura suppeditat. (Calmet.)

(2) *On jeta Absalom dans une grande fosse. Ce prince lorsqu'il vivait s'était fait dresser une colonne. Je n'ai point de fils, disait-il, ce sera là un monument qui sera vivre mon nom.* Il a été marqué auparavant qu'Absalom avait trois fils. Et apparemment ils étaient morts au temps que l'Écriture parle, puisqu'il dit ici lui-même qu'il n'a point de fils. Ce prince ambitieux s'était fait dresser une colonne, ou quelqu'autre monument superbe, ou un tombeau magnifique, selon quelques-uns, afin que n'ayant point d'enfants dans lesquels son nom pût revivre, il laissât après lui quelque marque éclatante qui le fît connaître aux siècles suivants. Mais Dieu a pris plaisir à confondre ces pensées superbes. Car au lieu de ce trophée que ce prince avait élevé lui-même à sa vanité, nous voyons qu'après avoir été pendu à un arbre par les cheveux, et percé de trois dards et de plusieurs coups d'épées, il est jeté dans le bois, en une fosse profonde, comme on y jetterait une bête morte, et qu'on élève sur son corps un monceau de pierres.

Telle fut la vie et la mort de ce jeune prince. Il fut grand en plusieurs manières selon le monde. Il était sorti du sang du premier roi de la terre, et sa mère était aussi fille de roi. Il était né d'une beauté si parfaite que l'Écriture dit qu'il n'y avait pas en lui le moindre défaut. Outre cette mine si avantageuse et si propre à attirer du respect à la personne d'un prince, il avait l'esprit vif et entreprenant. Il

Non majori honore sepultus est Absalom à totâ multitudine, quàm canis mortuus, aut asinus, aut quodlibet animal odiosum, et vile, quod terrâ tegimus, non ad honorem funeris, sed ut spectaculum fœdum subtrahamus oculis, et gravem submoveamus anhelitum, quem ad hominum molestiam aspiraret. Quare projecerunt impurum illud, et execrabile cadaver in foveam, illudque congestis magno cumulo saxi oppleverunt; ut quoquo illac transirent, haberent potiùs quid execrarentur, quàm cui quietem precarentur, et pacem. Manet ad hoc usque tempus cumulus ille lapidum, ut referunt, qui terræ sanctæ nobis prodiderunt topographiam: quem sic horrent propter impium, et crudele facinus ipsi etiam Mahumetani, qui terram illam incolunt, ut cum execratione eò lapides mittant, dicentes: *Male dictus sit parricida Absalom, et quicumque injustè parentes suos persequuntur, male dicti sint in æternum.* In sepulcrum autem Absalomis conjecti sunt lapides, quia Deut. cap. 21, filius contumax jubetur à po-

savit dissimuler ses passions; il était capable de former un grand dessein, et de prendre les moyens les plus sûrs pour l'exécuter dans les conjonctures les plus favorables. Il parlait avec beaucoup de grâce et d'adresse. Il était civil jusque dans l'excès, et il savait l'art de se faire aimer, et de se rendre maître de l'esprit des peuples.

Mais parce qu'il n'avait point dans le cœur cette honnêteté et cette bonté qui est comme l'âme de toutes les actions, qu'il ne respectait ni Dieu ni les hommes, et qu'il s'était abandonné aux désirs aveugles d'une ambition démesurée, toutes ces grandes qualités qu'il avait reçues du ciel sont dégénérées en de grands vices. Il a cru qu'il n'y avait point d'actions, ni si honteuses, ni si cruelles, qui ne devinssent glorieuses, pourvu qu'elles lui servissent de degrés à monter sur le trône. Il est devenu le meurtrier de son frère, le parricide de son père, l'ennemi et le tyran du peuple de Dieu, et enfin tous ses grands desseins se sont réduits en fumée, et ils l'ont conduit à une mort digne de sa vie.

Il avait désiré avec ardeur de s'acquérir un grand nom, et il s'en est acquis un grand, en effet, mais d'une autre manière qu'il n'avait pensé. Car tant qu'il y aura des hommes sur la terre, et des princes assis sur les trônes, on se souviendra de lui, mais comme d'un monstre qui a déshonoré la nature. On le proposera comme un modèle des plus grands excès dont l'esprit humain puisse être capable. On parlera de lui comme on parle des aspics et des vipères, avec aversion et avec horreur; et ayant traité si indignement un père pour lequel il devait avoir une profonde vénération, et que le Fils de Dieu même a bien voulu prendre pour le sien, sa mémoire sera détestée, comme celle de David sera révéérée dans tous les siècles. (Sacy.)

pulo lapidari; cùm autem jam esset telo transfossus, obrutus est in foveâ lapidibus, quos, si viveret, experiri debuit à populari manu. Ita putant Hebræi, ut in eorum Traditionibus refert Hieronymus: *Projectum, inquit, eum in saltum Hebræi dicunt, eò quòd gladio peremptus lapidibus obrui deberet; quippe qui sceleratissimus erat, et geminæ neci obnoxius; scilicet quia et patrem contra legis præceptum valdè dehonorerat, et turpitudinem ejus revelaverit.*

Hic multa Hebræi suo more fingunt, quæ licet mera sint somnia et fabulosæ nugæ, lubet tamen eorum aliqua commemorare breviter. Quærunt Hebræi, quod etiam quærît Abulensis q. 12, quomodò Absalom non se extricavit è quercu, cùm liberas haberet manus, et posset aut ramos abscindere, quibus illigârât crines, aut crines ipsos reseca, cùm in eo articulo illi defuisse gladium verisimile non sit. Hic ego nullam aliam rationem neque invenio, neque quæro, quàm illum urgeri tunc à divino judicio, quod solet sapientibus eripere consilium, ac tandem facere, ut nihil præstare ac cogitare sanum possint ii, quos tam sibi infensos persequitur Deus. Sed dicit Rab. Salomon, Absalomem voluisse sibi reseca crines, vidisse tamen subter se ingentem patere hiatum ad gehennam usque; in quem ne solutus ab arbore decideret, pendere maluit, et hostile ferrum expectare.

VERS. 18. — PORRÒ ABSALOM EREXERAT SIBI, CUM ADHUC VIVERET, TITULUM, QUI EST IN VALLE REGIS. Titulus monumentum aliquod est memoriæ causâ ab iis excitatum, qui apud posteros memoriam sui interire nolunt, qualis est columna, statua, aut quæcumque artificiosa moles, quæ auctoris sui loco suffecta est. Hujus porrò tituli ideò videtur hic inductus sermo, ut ostendatur quàm aliter Absalomi contigerit, quàm ipse secum antea meditabatur. Excitârât credo sibi vanissimus adolescens operosam molem, mausolæum aliquod, arbitror, ubi regio more conderetur cadaver, ut quando nullos suscepisset filios, qui parentis memoriam conservarent, saltem lapides illi muti signis notati hieroglyphicis de Absalomis vitâ, rebusque gestis ad posteros loquerentur. Dicitur autem excitatus titulus in valle regis. Quæ porrò fuerit hæc vallis, obscurum est: Josephus dicit duobus stadiis distare à Hierosolymâ, sed ad quod spectet civitatis latus, nihil dicit. Mihi videbatur esse in Topheth, seu Gehennâ, quæ aliter dicitur vallis regis Josaphat; sed Absa-